

Scriptum ad Henricum imperatorem¹⁷

Iussu omnipotentis Dei hec ad te coactus sum scribere, que tibi aliquantulum profutura credimus si ea dignus fueris intelligere¹⁸. Nam qui secundum Deum te ammonere debuerant tum spe acquirendi tum metu perdendi temporalia obligati favere, refugiunt veritati. Quod¹⁹ *prodest tibi si mundum universum lucreis, anime vero tue detrimentum paciaris?* Quid tibi honor temporalis, qui ad momentum labitur, si anima tua in eternum dampnabitur? An *ignoras*²⁰, quoniam *patientia Dei ad penitentiam*²¹ *te adducit?* An immemor es, quot homines propter te et corpus et animam perdidere? Si ergo propitius penitentiam agere meditaris, primo debes reconciliari catholice unitati ecclesie, ut spiritu²² sancto, qui est omnium remissio peccatorum, possis vivificari. Nam sicut ad Bonifacium scribens attestatur Augustinus: *Extra*²³ *hoc corpus suum, quod est ecclesia catholica, neminem vivificat spiritus sanctus. Item: Dominus*²⁴ *itaque Christus et iustus est et iustificans. Non autem iustificat nisi corpus suum, quod est ecclesia. Ac*²⁵ *per hoc nemo potest esse iustus, quamdiu fuerit ab unitate huius corporis separatus. Quemadmodum enim membrum, si precipidatur ab hominis vi-* (fol. 212^{vb}) *-vi corpore, non potest tenere ius proprium, etiamsi figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore.* Idem ad Donatistas: *Quisquis*²⁶ *ergo ab hac catholica ecclesia separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate disiunctus est, non habet vitam, sed ira Dei manet in eo.*

Iccirco dicimus haec, quia catholicos viros tibi communicare nolle didicimus. Nec in hac re temeritate aliqua utuntur, sed sanctorum patrum auctoritati obsequuntur, qua fidelibus Christi suadetur, ne consentiant, si quid contra legem Dei exercetur. Unde beatus Augustinus ad Bonifacium: *Quia*²⁷ *et imperatores, quando pro falsitate contra veritatem constituunt malas leges, probantur bene credentes et coronantur perseverantes. Quicumque ergo legibus imperatorum, que contra Dei veritatem feruntur, obtemperare non vult, acquirit magnum premium.* Idem doctor ad Vincentium: *Terror*²⁸ *corporalium potestatum quando veritatem oppugnat, iustis fortibus gloriosa probatio est, infirmis periculosa temptatio.* An non est contra veritatem Dei inobedientia et iniuria, que irrogata est cathedre Petri? Quis ultra ligare vel solvere potest in ecclesia, si hec Petri vicario potestas fuerit ademta? Certe Dominus Iesus ipse regum (fol. 213^{ra}) rex non regem terrenum aliquem, sed in ecclesia sua

17 Paris, Bibliothèque de l' Arsenal, 721, fol. 212^{ra}–213^{vb} = Kanonessammlung, Buch IV c. 23. Die Inskription steht wie in der Handschrift üblich am Rand in brauner Tinte.

18 Dieser Satz ist so unklar, daß das oder die fehlenden Worte nicht ergänzt werden können.

19 Vgl. Mc 8, 36.

20 Augustinus, epist. 153, hg. von Alois GOLDBACHER (CSEL 44), Wien – Leipzig 1904, S. 403 Z. 12–13.

21 Die Handschrift hat irrümlicherweise *patientiam* anstatt *penitentiam*.

22 Vgl. 2Cor 3, 6.

23 Augustinus, epist. 185 (*De correctione Donatistarum liber*), hg. von Alois GOLDBACHER (CSEL 57), Wien – Leipzig 1911, S. 40 Z. 13–14.

24 Ebd. S. 35 Z. 18–19.

25 Ebd. S. 36 Z. 23 bis S. 37 Z. 3, mit Auslassungen.

26 Augustinus, epist. 141, in: CSEL 44 (wie Anm. 5), S. 238 Z. 21–24.

27 Augustinus, epist. 185 (wie Anm. 8), S. 7 Z. 10–13 und Z. 15–16.

28 Augustinus, epist. 93, hg. von Alois GOLDBACHER (CSEL 34, 2), Wien – Leipzig 1895, S. 464 Z. 21–23.

ordinavit principem esse Petrum super ipsos etiam, de quibus dicitur: *Constitues*²⁹ *eos p[rincipes] s[uper] o[mnem] t[erram]*. Ipsam vero potestatem, quam Petrus a Domino accepit, in ordinatione Clementis cathedre sue dedit³⁰, quando etiam constituit, qualiter ei presidentibus obediendum sit. *Si*³¹, inquit, *inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, nolite expectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis et avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum. Sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur*. Et iterum: *Si*³² *vero quis amicus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis, qui exterminare ecclesiam Dei volunt*. Censes ne hec precepta Petri debere contempni. Vere scias, quicumque eius vicario in terris obedire noluerit, portas regni celorum, quarum ipse claves tenet, apertas invenire nequaquam poterit. Et tu in domnum apostolicum et revera Petri vicarium quare insurrexisti, cum non³³ sua quereret, sed que Iesu Christi. Nescis, quia potestatem non habes, qua debeas vel possis immutare canones? In veritate dico tibi: Quicquid contra canones in ecclesia facis vel fecisti, nisi respicias et emendes, (fol. 213^{rb}) iudicabitur de te ante tribunal Christi. Ecclesia est enim sua, non tua. An recordaris, quia homo es mortalis? Sufficiat tibi unum: Deo permittite suum, ne perdas tuum. Si te Christianum meministi, quare tanta persecutione fatigas servos Christi? Episcopis catholicis legitimas uxores, id est ecclesias suas, tollis. Quod fieri nefas esse testantur decreta Calixti pape. *Quoniam*³⁴, inquit, *sicut uxor alterius nec adulterari ab aliquo vel iudicari aut disponi, nisi a proprio viro eo vivente permittitur, sic nec uxorem episcopi, que est ecclesia vel parochia, non dubitantur, intelligitur eo vivente absque eius iudicio et voluntate alteri iudicare vel disponere aut eius concubitu frui, id est ordinatione, nullatenus conceditur*. Unde apostolus ait³⁵: *Alligata est uxor legi, quamdiu vir eius vivit, eo vero defuncto soluta est a lege viri. Similiter sponsa episcopi uxorque eius ecclesia illo vivente ei est alligata*. Ipse videas, quid pro his in tremendo Dei iudicio responsurus sis. *Stabit iustus*³⁶ *in magna constantia a[dversus] e[os], q[ui] s[e] a[ngustia]verunt et q[ui] a[bstulerunt] l[abores] eorum*. Alexander papa in

29 Ps 44, 17.

30 Vgl. Decretales Pseudo-Isidorianae et Capitula Angilramni, hg. von Paul HINSCHIUS, Leipzig 1863 [ND: Aalen 1963], S. 31 Z. 17–20.

31 Ps.-Alexander, JK † 24, c. 6 = HINSCHIUS, Decretales Pseudo-Isidorianae (wie vorige Anm.), S. 97 Z. 25–29, mit Auslassungen; siehe dazu Horst FUHRMANN, Einfluß und Verbreitung der pseudoisidorischen Fälschungen. Teil 2 (MGH Schriften 24, 2), Stuttgart 1973, S. 441 Anm. 47, mit Verweisen auf die *Collectio Anselmo dedicata* 2, 66 und Regino von Prüm, *De synodaliibus causis et disciplinis ecclesiasticis*, hg. von Friedrich Wilhelm Hermann WASSERSCHLEBEN, Leipzig 1840 [ND: Graz 1964], Appendix 3, c. 42 (S. 482).

32 Ps.-Alexander, JK † 24, c. 6 = HINSCHIUS, Decretales Pseudo-Isidorianae (wie Anm. 30), S. 97 Z. 32–33.

33 Vgl. Phil 2, 21.

34 Ps.-Calixtus, epist. 2, 14 = JK † 86 *Ad omnes Galliarum urbium episcopos* = HINSCHIUS, Decretales Pseudo-Isidorianae (wie Anm. 30), S. 139 Z. 29–35; *Diversorum patrum sententie sive Collectio in LXXII titulos digesta*, hg. von John T. GILCHRIST (MIC, Ser. B: Corpus collectionum 1), Città del Vaticano 1973, S. 116, c. 18^r zum Teil (Z. 1–9). Diese Sammlung wird in der Arsenal-Handschrift auch sonst benutzt, was für die Sammlung Anselms von Lucca (6, 99) nicht zutrifft. Zu Auszügen in weiteren Sammlungen vgl. Horst FUHRMANN, Einfluß und Verbreitung der pseudoisidorischen Fälschungen. Teil 3 (MGH Schriften 24, 3), Stuttgart 1974, S. 884, Stellenverzeichnis Nr. 223.

35 1Cor 7, 39.

36 Sap 5, 1. Die Handschrift hat irrümlicherweise *iusti*.

suis ait decretis³⁷: *Sed nec loqui eis licet, quibus doctores summi, quos episcopus vocamus, propter eorum scelera adversantur, quanto magis eis, qui eis infestant, nec consentiendum (fol. 213^{va}) est nec loquendum, ne participes eorum inveniantur in sceleribus, quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus rei sunt.* Tibi ergo et tuis domnum apostolicum Gregorium revera Petri vicarium infestantibus, sibi secundum Petri preceptum obedientes minime consentimus. Tu vero, nisi ante mortem tuam ad societatem redeas ipsorum, non permittit te Petrus intrare in regnum celorum. Ipse et enim dicit³⁸: *Quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum et premium omnium exacerbat Deum, propter quod vita carebit.* Quod Augustinus de Cecilianis, hoc nos dicimus de domino apostolico Gregorio. *Nos³⁹ enim dicimus ideo illum ad veram ecclesiam pertinuisse, non quia persecutionem paciebatur et quia persequebantur, sed quia iniuste persequebantur.*

Cunctis patet sanum sapientibus, quod omnino verum dicimus. Quis tanta convicia, tanta obprobria, tantas insultationes queat enumerare, quibus mali filii suum pastorem non timuerunt dehonestare. Nam sicut Iudei Stephanum veritatis testimonia profitentem lapidibus obruebant, ita isti Gregorium veritatis obsequio militantem contumeliosis verborum ictibus inpugnant. In sancti Gregorii dialogo de quodam legitur Paschasio, cuius anima propter hoc solum non potuit in (fol. 213^{vb}) societate manere iustorum, quia cum Laurentio consenserat contra Symachum⁴⁰. Et si contra Petri vicarium sentiens in tanto reatu est, qui eum etiam de sede sua disturbat, quid meretur? Recurrere igitur cum lamentis penitentiae ad sinum sancte matris ecclesie, ita ut quicquid fecisti contra eius regnum, quandoque emendare studeas, quia sicut sanctus Gregorius dicit: Qui⁴¹ se modo sponte non humiliat, hic sequens gloria non exaltat. Ex decretis Kalixti pape: *Nulh⁴² imperatori vel cuiquam pietatem custodienti licet aliquid contra mandata divina presumere. Iniustum ergo iudicium et diffinitio iniusta regio metu aut iussu, aut cuiuscunque episcopi aut potentis ordinata vel exacta non valeat.* Exoratus sis per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut diligenter observes, quod iubente Deo ad utilitatem tuam devotus scripsi.

37 Ps.-Alexander, JK † 24, c. 6 = HINSCHIUS, Decretales Pseudo-Isidorianae (wie Anm. 30), S. 97 Z. 20–24; Regino von Prüm, *De synodaliibus causis* (wie Anm. 16), Appendix 3, 42, aber nur zu einem kleinen Teil (S. 482 Z. 1–6); vgl. FUHRMANN, Einfluß und Verbreitung 2 (wie Anm. 15), S. 441 Anm. 47.

38 Ps.-Alexander, JK † 24, c. 5 = HINSCHIUS, Decretales Pseudo-Isidorianae (wie Anm. 30), S. 97 Z. 7–9; wortgleich mit Ps.-Clemens, epist. 1, c. 2 (ebd. S. 31 Z. 20–21).

39 Augustinus, epist. 185 (wie Anm. 8), S. 9 Z. 9–15, mit Auslassungen, die die Grammatik durcheinanderbringen.

40 Grégoire le Grand, Dialogues. Livre IV, hg. mit Kommentar von Adalbert DE VOGÜE und französischer Übersetzung von Paul AUTIN (*Sources Chrétiennes* 265), Paris 1980, S. 152 Z. 23–28 (4, 42): *Pro nulla alia causa in hoc poenali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentii contra Symmachum sensi ...* Vgl. zu dieser Geschichte Francis CLARK, *The 'Gregorian' Dialogues and the Origins of Benedictine Monasticism* (Studies in the History of Christian Thought 108), Leiden – Boston 2003, S. 99f.

41 Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*. Libri I–X, hg. von Marcus ADRIAEN (CC, Ser. Lat. 143), Turnhout 1979, lib. 8, § 47 Z. 91.

42 Ps.-Calixtus, epist. 1, c. 6 (JK † 85) = HINSCHIUS, Decretales Pseudo-Isidorianae (wie Anm. 30), S. 137 Z. 8–11. Dieser Text steht in der Sammlung *Anselmo dedicata* (7, 4), im *Liber canonum diversorum sanctorum patrum sive Collectio in CLXXXIII titulos digesta*, hg. von Giuseppe MOTTA (MIC, Ser. B: Corpus collectionum 7), Città del Vaticano 1988, Titel 75, c. 11 (nur Incipit und Explicit sind angegeben) sowie in der Sammlung in Sieben Büchern (Handschrift Wien, Österreichische Nationalbibliothek, 2186); siehe FOWLER-MAGERL, Selection (wie Anm. 2).